



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

XXIV. De immunitate Ecclesiastica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

## DE IMMUNITATE ECCLESIASTICA.

## TITULUS XXIV.

## §. 1. Ecclesiastica immunitas cur introducta.

**N**Eautem Ecclesiasticus cultus ulla ratio-  
ne vel impediatur vel de honestetur, san-  
cicum est a sacris Canonibus, suffragan-  
ibus etiam juris Civilis Constitutionibus, ut Ec-  
clesiae, earumque persona & res, ab oneribus &  
officiis civilibus immunitatem habeant, 1010 tit.  
Exi. & in 6. De immunitate Ecclesie & passim 17. quest. 4.  
& subtit. C. de his qui ad Ecclesie

## §. 2. Immunitas Ecclesiastica triplex.

Proinde triplicem Ecclesiasticam immunita-  
tem constitui mus; unam localem, alteram per-  
sonalem, tertiam realem, ut & Lancelotus in sua In-  
stitutionibus hoc tit. a

## §. 3. Immunitas localis quo, &amp; in quibus consistat.

Localis immunitas est, quo Ecclesiis ipsis, ea-  
rumque coemeretis tributa est, & in his potissi-  
mum versatur, ne in ipsis negotiationes, prae-  
sumtundinaria ac fori ejusdemque tumultus  
exercantur, ne judiciorum secularium strepi-  
tus, aut ullius causa, praecipue criminalis, cogniti-  
o per laicos suscipiatur aut agitur, cap. 2. §.  
cessent in Ecclesiis hoc tit. lib. 6. cap. 1. & 5. Ext. eod. neve  
in Ecclesiis universitatum & societatum concilia,  
conclaves sicut, neve foeda & prophana, atque  
adeo vana colloquia miscentur, d. cap. 1. §. cessent  
in locis, addit. Concil. Trident. sess. 12. cap. 1. in decreto de  
obser. & exi. in celeb. Miss. Estenim Ecclesia domus  
orationis, vel ipso Christo teste, apud Matth. 2.  
cap. b.

## §. 4. Reus ab Ecclesia non abripiendus.

Quia & reus ejusdemque criminis ad Eccle-  
siam configit, inde abripi non potest; si tamen  
liber homo sit: si servus, non ante ab Ecclesia  
extrahitur, quam dominus suus ipsi imputa-  
tem juraverit, c. Inter 6. c. 9. Ext. hoc tit. nostro can.  
Sicut antiquitus, can. Reum ad Ecclesiam, can. Definivit  
cum c. seq. xvi. quest. 4. l. 2. & l. 5. C. De his qui ad Ec-  
clesie. g.

## §. 5. Immunitas pro reis latè patens.

Neque interest, Ecclesia consecrata, sit, & pe-  
nult. Ext. hoc tit. & ibid. Panorm. Imò & ad atria, ad  
septa, can. Si quis contumax, can. Id consuetum xxv.  
quest. 4. & can. Frater, can. Meutentes ead. quest. 4. ad  
quadriginta passus in circuitu, si baptismalis Ec-  
clesia sit, si Ecclesia minor, ad triginta passus,  
hæc immunitas porrigitur, d. can. Sicut antiquitus,  
can. Qui quid quest. 4. adeo ut & domus Ecclesie  
intra triginta passus constitutæ eadem immuni-  
tate gaudent, d. can. Quisquis, probant Hostiensis &  
& alii apud Remig. Gonniū in tract. de immunitat.  
Ecclesie in V. domus. Intellige autem domos Clericorum,  
juxta Glos. ad d. can. Quisquis. Quin & ad Episcopi  
domum quemque loco sitam, d. can. Id consuetum,  
& communiter receptum testatur Gonnius d.  
loci, in V. Palatium, & ampliat item ad monasteria,  
d. can. Quisquis, facit & l. 4. in V. venerabilibus C. De  
his qui ad Ecclesie confug. ad Hospitalia Episcopianæ  
Auctoritate ercta, l. 33. C. De Epist. & oler. ibid. Batt. &  
Panorm. ad c. penult. num. 6. Ext. De relig. domib. hæc  
immunitas traducitur, ut jam d. locis.

## §. 6. Exceptio.

Soli hac immunitate excluduntur publicili-  
tones, nocturni & grorum populatores, cap. Inter  
5. Ext. hoc tit. can. Sicut antiquitus d. quest. 4. facit tit. C.  
Quando luc. uniuersique, &c qui spe immunitatis in ip-  
so loco deliquerunt, cap. fin. Ext. hoc tit. addit. Gonniū  
de immunitate Ecclesie. fall. 3. Addunt alii quar-  
tum genus, & non improbabiliter, eorum scilicet  
, qui ex industria & ex insidiis proximum  
suum occiderunt, per text. in cap. 1. Ext. De homici-  
dio.

## §. 7. De immunitate personali &amp; reali.

Quoad immunitatem personalem & realem,  
utramque hac una regula complectilicit: Per-  
sonæ Ecclesiastice ab omnibus muneribus, id est,  
oneribus civilibus soluta sunt, sive illa persona-  
lia sint, sive patrimonialia, id est, realia, sive mix-  
ta, c. G. CAN. 1. can. 3. dist. 88. can. Cyprianus xxii. quest. 3.  
Pppp cap.

cap. 4. Ext. Ne clericis vel monachi, c. Non minus 4. cap. Adversus 7. Ext. hoc nostro tit. c. 1. & 3. eod in 6. juncta Clement. i. eod tit. l. 1. & 2. cusp. Autb. seq. C. De Episc. & Cleric can. Ecclesiarum xiiii. quast. 2. Personalia munera sunt, quæ animi & corporis intentione exercentur. Patrimonialia sive realia, quæ sumptibus administrantis. Mixta, quæ simul & corporis ministerio, & expensis gerentis expedientur, l. Numerum 18. D. De munerib.

§. 8. De angariis & alia præstationibus.

Uthinc pugnant cum sacris Canonibus & Imperatorum Constitutionibus, angariis, parangariis, præstations andonæ & operarum, exactiones, contributions aliaque civilia onera Ecclesiæ, earumque mirastis & rebus imposita, jam dictis jurib non obstante etiæ quævis confuctudine contraria, Autb. Cassa C. De sacro. Eccles. Auch Item nulla C. De Episc. & Cler. cap. 1. De jurejur. lib. 6. & cap. 4. Decensib. in 6. Addit. Concil. Trij. sess. 25. cap. 2. e. de reformat.

§. 9. A quibus oneribus non eximantur Clerici.

Obtinuit ramen, ut Clerici ad civitatis vigilias tempore necessitatis compelli possint, c. 2. Ext. hoc tit. Neque a legitima tutela, cura pupillorum, orphanorum, & viduarum prohiberi debent, eas. fin. dñs. 86. Autb. Presbyteros, Diaconos C. De Episc. & Cler.

§. 10. Immunitate non gaudent prædia Ecclesiastice, evante affecta.

Sed neque Ecclesiastica prædia pensione aliisque onere anæ affecta, quam ad Ecclesiam pervenirent, hujus immunitate gaudent, c. Cum iste lxxi. 6. Ext. Dodonat cap. Præterea 23. Ext. De jure patron. cap. 1. Ext. Decensib. can. Tributum xiiii. quast. 8. can. Si tributum 11. quast. 1. Quippe res cum suo onere transi, cap. Ex literis circa fin. Ext. Despignor cap. Pastoralis Ext. De decimis, l. Almanac D. De contrah. empt. Alias cum bona Ecclesiistarum usui Clericorum & pauperum depurata sint, impium est, ea in prophanum usum converti, can. Qui Christi, can. Nulli, cum aliquot seqq. xi. quast. 2. cap. Semel dedicatum De R. l. lib. 6. nisi aliud ferret auctoritas summorum Pontificis, juxta formam Concilii Lateranensis, quam vide in cap. Non minus 4. Et in cap. Adversus 7. Ext. De immun. Eccles.

NOTATIO in Tit. 24.

¶ Sic & de jure Civili, immunitas quandoque dabitur

tur ipsis locis, l. 4. §. quamquam D. De censibus quandoque personis, l. 4. l. De jure immunitatis interdum vero rebus, l. Sunt munera 11. D. De vacat. & excusat. mun. nisi quod hac immunitas Ecclesiastica latiusse diffundat, ut videtur est hoc textu nostro.

b. Vbi tamen obseruandum est, quod licet Ecclesiæ & coemeteriis tam contractus prophani, quam judicia sularia interdicantur; tamen contractus, si ibidem iniuncti, sustinentur: secus est in judicio secularibus, quænullum momentum sunt, c. 2. §. cessent cum §. seq. De immunit. Eccles. lib. 6. Tamen contentiose sint jurisdictiones, hoc est, in quibus conventione sive conflictu parium proceditur, d. §. cessent; non si sunt voluntaria jurisdictiones, ut recte considerat Panormus. ad. c. cum Ecclesia, ou 6 & 8. Ext. cod. tit. Unde & citatio in Ecclesia docuit, in d. & citari in ea quæ potest, ut tradit Maranatus Praxi auræ, p. 6. de citatione num. 12. 9. Addit tamen Panormus quod est seua voluntaria sunt jurisdictiones in Ecclesia valeant, non tamen debet ibidem exerceri.

g. Sunt qui improbent, sed imperit, hanc immunitatem ex loco Joan. 2. cap. ubi cum Christus ejecit videntes in templo, muli & magis ejicendo putant homicidii aliosque criminatos: verum id factum fuit, quod vendit res merces suas carius vendendo & per juris contestationem, in ipsum templum peccarent, ut exponit textus in can. Quid est aliud dist. 88. ac proinde indigneaverit beneficium Ecclesiæ, qui in ipsam Ecclesiam aliquis fecerit, cap. fin. Ext. hoc vit. & l. Auxilium in fine De minoribus. Nemo movet Iustinianus, Nov. 17. de mandatis principum. 9. neque autem homicidis. Nam præter quam quæ exaudiri possit de iis, qui fiducia temporum delinquunt, senti colligitur ex versione eiusdem Novell. 17. auctore Daarenovitate in §. Cæterum in verb. fiduciam collocent, quod non alium videtur a sententia cap. fin. Ext. De immun. Ecclesiastico semper intelligimus eundem §. supra se ferit vulgaria editio, recte dicimus nihil obesse Ecclesiastica immunitati: cum Iustinianus constitutione suæ non potuerit prijudicare Ecclesiæ; quarenequa non ad Imperatores, sed ad Pontifices & Prelatos Ecclesiasticos spectat Covarr. Var. refol. lib. 2. cap. 20. num. 3. & 22.

d. Additur in textus, non improbabiliiter, quia hæc contentione carat, ut videtur est apud Covarr. d. cap. 20. num. 7. Aut Gomez Variar. refol. 3. cap. 10. num. 2. & Navarr in Manuali cap. 5. num. 19. cum seqq. & qua tradit Panormus. ad d. cap. 1. Ext. De homicidio,

DE GEN.